

## NARRATIO.

Duo insignia miracula nobis propo-  
nuntur in hodierno Evangelio: Pri-  
us de muliere sanatâ, alterum de puella  
mortua, à Christo vitæ restituta. Qua-  
propter cum utrumq; in nostram doctri-  
nam sit asscriptum, nostri officij est  
utrumq; etiam diligenter perpendere,  
docendi itaq; cauſâ dicamus.

I. *De Patre pro filia intercedente.*

II. *De muliere à Christo sanatâ.*

III. *De puellulâ à mortuis resuscitatâ.*

### DE I. L O C O.

I. Notanda venit circumstantia tem-  
poris, quo Pater pro filiâ intercessit,  
quam Matthæus his verbis exprimit:

*Hæc illo loquente: sc. respondente Jesu*  
discipulis Joannis ad quæstionem, quare  
discipuli ipsius non jejunarent; *Venit*  
*Primas quidam*, &c.

### V S V S.

Unde liquet, licet non multi sapien-  
tes secundum carnem, non multi poten- *1. Cor: 1.*  
tes, non multi nobiles sint electi, Deum  
tamen ex illorum cætu quosdam etiam ψ 68.  
convertere

II. Gestus hujus primatis: *Procidit co-*  
*ram Christo.* *V 3 V 18.*